

4° Inc. lat. 613

Wimpfeling

= Linn. 60

Hain \* 16786

Philosophia

Institutio Philosophica  
ad usum Scholae  
S. Caroli in Urbe  
Romae


Philosophia

Philosophia

Philosophia

Philosophia

Philosophia



# Philippica

Iacobi Vuimpfelingi Sletstatini: In laudem & defensionem Philippi Comitis Rheni Palas tini Bavarie Ducis &c.

Sempiterna salus Domui Bavarice:



A.

Philippica

Philippica  
Philippica  
Philippica  
Philippica  
Philippica

A D  
BIBL. UNIV.  
MONAC.

Universitäts-  
München  
Bibliothek



2

Nobilissimo Bayarie Duci Philippo: Philippi  
Co. Rheni Palatini filio: clarissime Ecclesie  
Maguntine Metropolitanę Pręposito: do-  
mino clementissimo atq; obseruandissimo:  
Iacobus Vuimpfelingus Slestatinus se ipm  
offert dedicat atq; cõmendat.

Rogauit me quidam Achademie nre gymnosophista  
ut domesticũ aliquod: ac familiare colloquũ effingerem:  
quo pueri inter sese disceptantes: ad latini sermo-  
nis vsum aptiores redderentur: non potui nõ morem  
gerere amico. Itaq; breues q̄sdã Dialogos p̄strinxi: de  
his rebus: que iam fere quotidie in ore omnium versan-  
tur: de bonis & malis Principibus: de Thurco: de bel-  
lis ei mouendis: de sapientia Principibus necessaria:  
de periculis imprudentium Regum. A Iuliano autẽ apo-  
stata exorsus sum: qd is primus fuit Imperator: qui  
post assumptã Christi religionem: fidem nostram im-  
pugnauit: interdicens studiũ Philosophię: quod scie-  
bat Christianę religionis incrementũ pfuturũ. Cupiens  
ergo nocere sanctę fidei: sapientię & sciẽcię studium  
interdixit. Viderint qui ab honesto statu: a communi  
stipendio ecclesiasticis dato: ab Ecclesie cathedralis  
conforcio: doctos & sapientes absq; culpa sua expelle-  
re nitunt: ne cũ Iuliano damnent. Cũ em̄ p̄mia laborũ  
rũ auferunt: pauciores erũt: q̄ saluberrimis lris vaca-  
bũt. Prudentũq; & doctissimorũ absentia & egestas:  
nõ solũ Ecclesias ipsas: sed vniuersam quoq; Christia-  
nam religionem: in excidium & interitũ adducet. Tuę  
clemencię tuo examini: tuo iudicio omnia hec tribui-  
mus: tibiq; castiganda vel potius elidẽda cõmittim⁹.  
Cupio autẽ in primis tuę mansuetudini et summe cle-  
mencię me esse cõmendatum. Ex gymnasio Heydel-  
bergen. xvij. kal. Septembris. Anno salutis. M. cccc.  
nonagesimo octauo.

## Dialogus

- I De sapientia Principibus necessaria.
- II De factura imprudentum Principum.
- III De sapientia veterum Principum.
- IIII De manifesta ruina fidei christianae ex ignavia Regum & Imperatorum.
- V De bello in Thurcos instituendo.
- VI De Philippo Co. Rhe. Pa. & eius laudibus.

### Prologus.

**I**nclytissimis Bavarie Ducibus: Comitibusq; Rheni Palatinis Philippo: Roberto: Friderico: Philippi Principis electoris filijs: Dominis nostris obseruandissimis: Pueruli nos & infantes offerimus: subijcimus: tradimus: dedicamus.

**V**estra nobilitas: vestra virtus: vestra preclara indoles excellentissimi Principes: animos nos fecit: ut in conspectum vestrarum claritudinum prodire: et inepta quedam verba effundere: ac per Dialogos eloqui tentemus: quid fructus: quid damni ex sapientia & insipientia Principum oritur. Auscultate obsecro nobilissimi Principes. Non hic terribilia sunt arma: non caballi precipites & importuni: non haste proiectiles: nullum est auditori periculum. Primum audietis de primo Principe & Imperatore post Christi fidem maligno & pessimo Iuliano apostata. Deinde ad Patrem nostrum Philippum optimum & pientissimum Principem progrediemur. Tu vero Calue incipe dic nobis de apostata Iuliano.

Primus Dialogus De sapientia Principibus  
necessaria.

Collocutores

Caluus Mygecius.

Caluus. Curiosum multarum rerum exploratorem;

Mygecius vero bonum & prudentem innocentem  
q; significat.



**L**ulianus sic apostata fuit: MY. Fuit res  
uera. CAL. Apostata inquā a religione  
christiana: MY. Eciam. Non dico tibi  
a religione Basilij: aut Benedicti eū aposta  
tasse. Vna sola est religio: vna sola fides:

vna sola vita christiana: quam nos olim Prophete: &  
posthac Christus deus & homo docuit: ex cuius ore  
sacratissimo deinceps instituti: Evangelicę historie  
Scriptores: eam vsq; ad nos propagauerunt. Cal.

Quid cause est: ut a tam sancta & vera Christi religio  
ne: lulianus apostataret: MY. Causa non vna est  
dumtaxat: sed indubie plures: sui ipsius inordinatus  
amor: ambicio: superbia: dominandi libido: vanitas:  
& infirma fides. Cal. Quę sibi spes fuit excelsi sta  
tus potestatisq; late dominandi: MY. Fretus est

sanguinis nobilitate: ac Patru sui magnificencia.

Cal. Nobilis ne fuit lulianus: aut Patrum habu  
it magnificum: MY. Nobilis profecto fuit: gene  
ris nobilitate: quę sex est nobilitatis. Virtutibus autē  
animi: & probitate constancię fidei: & dilectiōe obe  
diencię in Deum (cui seruire: regnare est) ignobilē  
eum ac rusticū fuisse credo. Cal. Quos habuit ille  
maiores tam nobiles: MY. Filius fuit fratris Con  
stantini magni Impatoris. Cal. Cur ergo Christi fis  
dem abnegauit: libidine dominandi: cum alioquin ad

Principatus & regna patere illi potuisset ascensus:  
MY. Obicē habuit: factus em fuerat Subdiaconus in

A iij



**Ecclesia Romana.** ¶ **Cal.** Vnde hæc certo sciam?

¶ **My.** Si mea apud te fragilis est autoritas: Eutropiū legito: qui Constantinū; qui tres Constantini filios vidit: q̄ de Iuliano filio fratris Cōstantini ita scribit. Hic Iulianus qui fuit Subdiaconus in Romana ecclā: Imperator effectus: apostatauit in Idolōꝝ cultu: rerū potitū est: ingētīq; apparatu Parthis intulit bellum: cui expeditioni ego quoq; interfui. De seipso loquitur hæc Eutropiū. Cui nā potius fidē adhibiturus es? Adde q̄d & Ammianus Marcellinus: qui sub Iuliano militauit: eū a Christianōꝝ fide & religione desciuisse asseuerat.

¶ **Cal.** Impator factus Iulianus: p̄niciē ne dedit christianis?

¶ **My.** Perniciē dedit: bella intulit: sanguinē fudit: ecclesiasticas opes rapuit. Verū ut negaret fides Christi: & Idolōꝝ cultus susciperet: honoꝝibus magis puocare: q̄ tormētis cogere studuit.

Aperito tamē p̄cepit edicto: ne quis Christianus docēdorū liberaliū studiorū p̄fessor esset: uti septimo suo libro scripsit Orosius.

¶ **Cal.** Quid nā cause fuit: ut christianis interdiceret Philosophiæ doctrinam: alijs quibusuis infundendā atq; disseminandā?

¶ **My.** Ne simul vnus Dei cultū docerēt: ne Christū dei filiū dicerēt: ne sanctā esse Eꝯangelij veritatem ceteris psuaderent.

¶ **Cal.** Heccine in Philosophiæ studio sugunt?

¶ **My.** Si bene iacta fuerint Philosophiæ prima rudimenta: & si ad bonas morales doctrinas: animus auditoris fuerit traductus: p̄fecto solerti industria Præceptoris: facile capesset auditor: quæ scitu necessaria sunt: ad nostrā fidem / ad amplexandas virtutes / ad efugiendos iherthareos lacus stygiamq; paludē: ad cōsequendā leticiā & gloriā sempiternā.

¶ **Cal.** Si Philosophiæ studiū tam vtile est: ergo vtilēs essent Philosophi.

¶ **My.** Ne dubita mi Calue: doctos prestantesq; viros necessarios esse: nedū vtilēs.

¶ **Cal.** Quib⁹ re-

bus vtilēs: quibus in rebus necessarij: ¶ **My.** Ha/ ipi  
 fidē Christi doctrina /lectione /sermone amplificare  
 possunt: ipsi virutum laudibus: & viciōꝝ inuectiua:  
 nostrā religionē illustrare possunt: ipsi Apostatas &  
 Hereticos confutare: ipsi animoꝝ laqueos: & conscien  
 tiarū scrupulos auellere: ipsi hūane societatis concor  
 diā parere: lites dirimere: iusticię patrociniū p̄stare:  
 ipsi ad latera Principū /in Senatu rerum publicarum:  
 in Capitulis Eccl̄ar: qđ equū qđ iniquū: qđ iustū qđ  
 iniustū: qđ fas qđ nefas: qđ legibus cōsentaneū & ad  
 uersū: qđ deniq; honeste faciendū: qđ vitandū: pensu  
 culare explicare norūt. ¶ **Cal.** Si tāta n̄ ē religionis &  
 om̄is reipublice salus: in doctis & sapientibus sita est:  
 eurnam in Senatu Principū: Ciuitatū & Eccl̄ar: pau  
 cos videmus ingenio & doctrina prestantes. ¶ **My.**  
 Ohe mi Calue: putas in om̄i natione p̄niciosam hanc  
 pestē inualuisse: ut docti & prudētes nō sint ī precio:  
 Italos Principes nō vidisti: Senatus & respublicas Au  
 sonię nō cognoscis: vt de ceteris taceā. Nescis qđ legū  
 docti Doctores Senatū Venetū quidie petāt & exor  
 nēt: Gallię Hispaniarūq; Metropoles inferioresq; Epi  
 scopatus: docti viri administrāt. Reges saepe alienigene  
 ad nostrates Principes trāsmiserūt Oratores: eloquē  
 tes & admodū doctos. Nos vero Barbaros mittim⁹:  
 quia q̄s mittam⁹: sapiēcia & om̄i doctrina excellētes:  
 nō fouemus neq; diligimus. ¶ **Cal.** Cur autē nō fouē  
 boni & docti viri apud nostrates Principes? ¶ **MY.**  
 Principes nostri amant sui similes: pares em̄ cū parib⁹  
 facile cōgregāt: sicut nosti Ciceronē n̄m dixisse. Itaq;  
 cū Barbari sint Principes: Barbaros diligūt: & p̄fecto  
 (si verū absq; inuidia tibi dicere possū) nō ē culpa trā  
 fundēda in pietissimos Principes: sed ī suos adulator  
 res: ne cū Aurelio n̄o Augustino dicam: adoratores.  
 Principes n̄i ī teneris annis: aut nō tradūt bonarū sitū

dio s'ra: aut si traditi forsitan fuerint: tñ cū adolescere  
pubescereq; coeperint: cunq; maxime iam opus esset  
disciplina & institutione bonat; arcū: sapienciæ/sci-  
enciæ/timoris diuini/morum/historiæ/regiminiq;  
terrarū: rapiunt intēpestiue: & cū magno reipublice  
detrimento: a s'ris ad equos: a libris ad arma: a scholis  
ad theatra et spectacla: a pudicitia ad lasciuia: a pudor-  
re & modestia ad calamistraturā: a religione ad venas-  
tū: circulos atq; choreas. ¶ **Cal.** Quisnam innocen-  
tissimos adolescencū Principum animos: tam misere  
corrūpit: atq; seducit? ¶ **My.** Hy qui s'ras non norūt:  
bonosq; mores despiciunt: ad sua ingenia & peruers-  
sas voluntates: molles ac teneros Principes inflectūt:  
a s'ris abducūt: a musis abstrahūt: a sapiencia ad vani-  
tates inuitant: a spirituali suauitate/ad carnalem dul-  
cedinem (in quam omnes ex infecta natura proni su-  
mus) pelliciunt: persuadentq; nō decere diuicijs Prin-  
cipem litteris incumbere: neq; magnificum esse: vers-  
bis vtī latinis: neq; libris aut calamis terras esse guber-  
nandas. ¶ **Cal.** Qua causa id faciunt mali persuasos  
res? ¶ **My.** Ideo faciūt omnis sapienciæ osiores: quos  
nam ignorantes: ne fructus amcenos scienciarum &  
virtutum Principes vt cūq; degustare occipiant: ne tā  
iucūda & honesta dulcedine capti: non corporis: sed  
animi & ingenij viribus prestantes viros: sibi fami-  
liariter cōiunctos habeant: qui suam indignam apud  
magnates præripiant autoritatem.

¶ Secundus Dialogus De iactura imprudentum  
principum.

¶ Caluus Mygecius.

¶ **Q**uid ē obsecro dāni: si Princeps s'ras oderit? ¶ **My.**  
**Q**uid dāni? Ohe damnū hoc auro nullo redimi p̄t.  
¶ **Cal.** Q̄obrem? ¶ **My.** Q̄m̄ ex ignorācia & impe-  
ricia Principis: nō mō corporē & diuitiarū: verū etiā

animarū iactura serpit. ¶ **Cal.** Nō satis intelligo quid  
 velis. ¶ **My.** Princeps barbarus q̄ nō habet pl<sup>9</sup> sapiē  
 t̄: lapis: graues & bonos viros audire non potest: cō  
 silium & deliberacionem maximorum reipublicę ne  
 gociorum fastidit: si quandoq; consultacioni adest:  
 corpore affidet ut truncus: animus autē & cogitacio  
 est apud canes venaticos: caballos: lanceas: arma: cho  
 reas. Quod suum est officium: equum & iustum dis  
 iudicare: patrię prodesse: ciuitates instaurare: a cuius  
 rati bus omnem calamitatem propellere: mœnibus/  
 templis / cultu / moribus / armis / litteris eas ornare:  
 ius dicere: ius exequi: fontes punire: pacem facere: id  
 omne: proximo adulatori committit: sicq; confundi  
 tur piū & impiū: bonum & malum: falsq; nefasq;  
 Non possem ab hoc meridie vsq; in tempestam nos  
 tem tibi satis eloqui: vniuersas iacturas: quæ ab im  
 pericia Principis manāt. In seipsum: in liberos: in Pa  
 triam: in ciues: in ecclesiasticos: in rempublicam: in to  
 ram suorū postentatem. Si mihi egre credideris: Egi  
 dium de Principum regimine versa: legito Senecam:  
 peruideas Arestorilem: Historias rimare græcas atq;  
 latinas. ¶ **Cal.** Nunquā in animū meū ista venci  
 runt. ¶ **My.** An nondum legisti Romanum quendā  
 Imperatorem Regi Gallorum per epistolam magno  
 pere consuluisse: ut liberos suos litteris erudiri curas  
 ret: illiteratumq; Regem nihil aliud q̄ coronatum  
 asinum esse dixisse: An nescis: dum respublica Ro  
 manorum floureret: & in senatu & in exercitu preua  
 luisse doctrinam: An nescis postq̄ exclusæ sunt litte  
 re: cunctas elanguisse virtutes: Per me inquit sapien  
 cia Reges regnant: & legū conditores iusta decernūt.  
 Melior est sapiēcia q̄ vires: & vir prudēs q̄ fortis. Ad  
 vos ergo Reges sūt sermōes mei: dicit factę pneuma:  
 ut discatis sapiēciā. Si delectamini sedib<sup>9</sup> & sceptris.

O Reges populi: diligite sapienciam: ut in perpetuis regnetis. Diligite lumē sapiencie omnes qui p̄stis populis. ¶ Cal. Audiui Reges q̄q; Galloꝝ exautoratos: ob insciā & ignauā id eis accidisse coniecto. ¶ My. Recte cēles: nōnulli em̄ eorū: ob ignauissimos mores & imprudenciā a regno sunt deturbati: & monasticā vitam subire coacti. Hac causa Pipinus in Austrasia: germaniē prouincia natus: maior domus Franciā: populi consensu: & Ro. pon. autoritate stolido Regi Childerico est suffectus.

¶ Tercius Dialogus De sapiencia veterum Principum.

¶ Caluus. Mygecius:

¶ Credo ego Mygeci suauissime: Principem indoctū: ignoranciā suam p̄ prudenciā & facundiā consulum suorū: refarcire posse. Quid ergo Principi pudendū est: si p̄ sese linguam nullatenus sciat latinam? ¶ My. Pudendū est: quod nobilissimā linguā ignorat: cuius inscius monarchia Romani regni indignus est: neq; Oratoribus & legatis alienigenis: aut Cardinali aduentanti: neq; summo Pontifici uisitato: suis labiis loqui potest. ¶ Cal. Quid tum? ¶ My. Stoliditatis & imprudenciā clam arguitur Princeps: dum apud exteros Oratores ceterosq; aduenas (quorum fauor haud melius conciliari posset: q̄ gr̄a sermonis) tacet ac obmutescit. Scio ego equitem auratū: qui cum Friderico Imperatore tercio: p̄ gloria nobilissimæ cuiusdam reipublice Romam uenerat: ab ipso Pontifice: q̄ ad terras nostras pauloante legatus fuerat missus: accersitū: ut secum de nostra natione: deq; policia sue ciuitatis (quā uehementer laudari sciebat) cōferret. Suffusus est pudore miles: adeo / ut p̄ sua & reipublice gloria: uel ad vnus horæ spaciū: latinæ linguę eloquium & intelligenciam: mille aut eis nūmis (si fieri posset)

6  
mercatus fuisset. Id eques ille auratus nonaginta fere  
annos habes: cum mesticia narrabat: unicum ex filiis suis  
(quem pre ceteris dilexerat) latinis literis instituendum vnice  
mihi commendans: quem & confido aliquantulum apud  
me in Heydelbergensi gymnasio profecisse: etsi hodie  
equestris ordinis professione teneatur: latinam tamen  
linguam: nec ignorat nec loqui erubescit. Et Comes  
quidam corpore prestans: ad se. ap. Orator missus:  
cum neque latine neque italice loqui posset: a Ro. pon. bel  
la bestia vocatus est. Et Princeps alioquin illustris ob  
impericiam Ro. linguarum: a Sixto quarto cum pudore  
abscessit. ¶ Cal. An vero vetustissimi Principes: latinis  
literis fuerunt? ¶ My. Fuere inquam: non modo Iulius &  
Augustus: quorum hodie monumenta extant in carmine  
& prosa: verum etiam apud Germanos Carolus magnus  
et eius filij: litteras probe nouerunt latinas. Othones  
etiam: non usquequaque barbari extiterunt. Sigismundus  
Cancellarius Parisiensis. latine & deuote locutum  
audiuit: et Ludouicus Co. Rheni Palatinus: Philippi  
moderni auus: iam aetate plenus: in Romano eloquio  
proficere satagebat. Fridericus eius filius ab ea lingua  
non abhorruit: ac ipse Philippus Princeps noster man-  
suetissimus: & Poetas & Leges audiuit: omnemque latinam  
elocutionem intelligit. Qui & optimarum litterarum amo-  
re nobilissimos suos filios: liberalibus disciplinis enixe  
instituendos tradidit: atque commisit. An nescis Maxi-  
milianum Ro. Regem: latine loqui posse: quicquid ad  
rem attinet: imo etiam sacerdotibus & clero: qui in ci-  
uitate Aquensi: eum latino sermone salutando: con-  
gratulandoque exceperant: absque mora cum magna gloria  
latine respondisse. Taceo de filiis nostrorum Principum:  
quorum plerique in terris suis: ductu preceptorum bene insti-  
tuunt: plerique Gallias & Italiam petunt: bonarumque literarum  
studia persequuntur: quae sua eloquentia Germaniam non

mediocriter illustrare possunt. ¶ **Cal.** O foelicia secula: quibus infamis barbaries a nobis eradicabitur: & ipsi Principes p se se: quid facto opus sit: ex sua ipsorum prudēcia poterūt cōtueri. ¶ **My.** Profecto foelicitas qua Principes nostri flagrabūt amore sapiēciae. Infœlicitatē et iacturam Patriæ: quā indoctus & barbarus Princeps gubernaret: agnouit Eberhardus Deckenssis & Vuirtenbergenſis Dux: quē barbarū vocabant. Quē cū Pater tutoribus puerū infantem tradidisset: eos iurciurando astringebat: ne eū vel vnū verbū latinū discere paterent. Id vir factus: cū suspirijs & animi dolore cuidā Theōgo (ex q̄ id audiui) conquestus est: attamen doctos quosq; amabat: fouebat: & maxima eis familiaritate vtebat: q̄d sciebat cōsilio/prudēcia/ et omnis iuris ac iusticiæ noticia: terras populosq; foeliciter administrari. Romanasq; historias in nostram vernaculā traduci sibi curabat: qbus se dies et noctes dum p ocīū licuit: auidiſtīme oblectabat. ¶ **Cal.** Vellem esse multos hoc ingenio Principes: qui Iras diligerent: sapienciā amarēt: historias legerent: salubrem et honestā viā regiminis pdiscerēt: et doctos prudētesq; nō minus ac milites et calamistratos: sua beniuolentia cōplecterent. ¶ **My.** Ohe id eis glōriosum: Patriæ comodū: populo salutare: clero iucundū: et filijs suis honestū esset. Sic Patria et respUBLICA seruetur: sic pax incōcussa maneret: sic hostes fidei/a christianis arcerent et cōprimi: sic boni mores indui: sic christiana religio resuscitari: sic ad superos ardua via patere posset.

¶ Quartus Dialogus De manifesta ruina fidei Christianæ ex ignauia Regū et Impatorū.

Caluus Mygecius.

Tanta ne ex Principis sapiēcia pollunt comoda puenire: ¶ **My.** Tanta: immo lōge maiora. ¶ **Cal.** Hæc

quidē suffecerint quæ recensuisti: non poteris paucis  
 plura plane proloqui. ¶ **My.** Nequeo cōtinere: quin lo  
 quar vniuersam christianæ religionis salutē: ex Princi  
 pum solercia pendere: ac e regione ipsorū ignauiam  
 fidei nostræ ruinau afferre: ac miserādam calamitatē.  
 ¶ **Cal.** Qzobrem? ¶ **My.** Rogas: in scirpo nodum  
 queris. An nescis sub ignauo & imprudenti Heraclio  
 sectam Machumeticā esse ortam: quæ deinceps Prin  
 cipum secordia: in nostrā vsq; etatem ppagata est. An  
 nescis Hussitarū letale virus: sub stolidissimo Vuen  
 çellao effusum: in nostra secula serpsisse: Nonne vis  
 des torpore ac imprudencia Principum: crudelissimū  
 Thurcorū Imperatorem: christianas vrbes & regna su  
 perare: christianū sanguinē fundere: & validos quos  
 q; in perpetuā abducere seruitutem? ¶ **Cal.** Hæc ne  
 cōtingerent: quomodo doctrina & sapiencia Princi  
 pum opitulari posset? ¶ **My.** Quomodo? Si latini  
 essent: latinis historijs delectarent: inuenirentq; res  
 a maioribus magnifice factas (quibus fidei incremē  
 tum: sibi gloriam: & nostræ nationi Romanū Impe  
 rium pepererūt) pculdubio tandem accenderent: ad  
 egregia maiorū facinora: ut quibus sese nobilitate nō  
 arbitrantur inferiores: eis re ipsa quoq; & facto: haud  
 dissimiles diiudicarent. ¶ **Cal.** Non sane intelligo: si  
 ex lectione quarūlibet lras: Principum animi: ad bel  
 la & magna queq; gesta possint inflammarī. ¶ **My.**  
 Quid nō possent: si celum et seruorē Caroli magni:  
 si magnanimitatē Friderici primi: si labores et victo  
 riam Godefridi & Baldini Lothariorū: legerent cum  
 intellectu: et id quidem in latina lingua: quæ plus affi  
 cit vernaculā: plus pōderis habet: plus energie. Quid  
 credis facturos: si legerent et intelligerēt verba Fran  
 cisci Petrarchæ: qui inter alia sic scribit. Quid desleā:  
 aut quid querat presepe: caluariam: Bussi saxū: oliues

ti montem: vallemq; iudicij: & reliqua dilecta Christi  
loca: vbi homo factus est: & in lucem editus: vbi na-  
tus vagijt: vbi vir docuit: vbi spiritū exalauit: vbi ex  
animis iacuit/surrexitq; vnde cōscendit ad superos:  
vbi postremo viuos ac mortuos: irtractabili senten-  
cia iudicabit. Terram maioribus nostris pmissam: no-  
bis ereptam: nobis debitam (si viri essemus) spei nos-  
træ sedem: arram Patriæ eterne: nunc Egipciacus cas-  
nis tenet: & iacet ille carnifex in medio gentis suæ.  
summo cultu ac reuerencia prorsus indigna: cum ta-  
men heu Christi tumulus: irreuerenter ab hoste pos-  
sessus: non sine graui periculo: a fidelibus adeatur.  
¶ Cal. Putabam tutum esse iter ad dominicum sepul-  
chrum. ¶ My. Quā tutum sit expertus est magna-  
nimus & inclytus Pomeraniæ dux Bohuslaus.  
¶ Cal. Quonam pacto: ¶ My. Is nauī in terram  
sanctam iturus fuit: ¶ Cal. Da veniam obsecro: est  
ne ille quem corpore prestantem: modestia insignem:  
& deuocione preclarum: superiori Pasche festo vidi-  
mus: cuiusq; nobilissimos mores: pensiculate consi-  
derauimus: in sacra & ornatissima ede Spirensi: dum  
pius Antistes Ludouicus: rem diuinā faceret. ¶ My.  
Ille est. ¶ Cal. Perge. ¶ My. Dum nauigio pficiscere-  
tur: nihil mali metuens: neq; pmonitus: immanissi-  
mos pfidissimosq; Thurore Regulos in sese crudeli-  
ter irruentes sensit. ¶ Cal. Ha ha quid ais? ¶ My.  
Magnitudinē animi sui & corpis vires tum probe de-  
clarauit. ¶ Cal. Quēadmodū: ¶ My. Mox cū pau-  
cis suę peregrinacionis comitibus: sese atrocibus py-  
ratis opposuit: restitit: seq; suosq; defendit: & ope di-  
uina percussit: vicit: euasit. ¶ Cal. O preclarum narra-  
le bellum: O Principem militari dignum ornamento  
¶ My. Hoc quīsnam illo dignius: calcaria & torques  
auratos gestabit: ¶ Cal. Nemo profecto. Hæc vero

vna saltem & precipua causa esse posset: quæ sup̄ma christianę religionis capita: ad intradendos Thurcos merito impelleret: quod tam eximium Principem: in tam sancta professione: fide publica fretum: innocen- tem/pium/tam crudeliter extinguere tēntauerunt.

¶ My. Vera loqueris mi Calue: si rempublicā: eque vti priuatam curarent: at omnes quæ sua sunt querūt: non que Iesu Christi. Heu nostri Reges nil nisi delicias: & nostri Pontifices nil nisi diuicias amant. Quos- rum officium erat christianam religionem propaga- re: in crudelissimos Thurcos proficisci: Christi hostes sternere: Cōstantinopolim reducere: Christianos vtri- usq; sexus: qui sub dura infidelium seruitute plorāt/ eripere: terras Christi sanguine suffusas: aspurcissimis latronibus liberare: vehemēterq; obstare: ne ex Pāno- nia Yllirico: & a Sarmatis tandem non solum ad Hī- sium: sed et ad Rhenum obscœnę bestię penetrarēt.

¶ Quintus Dialogus de bello in Thurcos instituendo.

¶ Caluus Mygecius.

¶ Obsecro te Mygeci: ut per pacem liceat mihi te allos qui: ne verba mea fastidias. ¶ My. Dicitō si quid vis. ¶ Cal. Quantum ex te accepi: in primis necess- sariū est: rabido Thurco cōstanter reluctari: atq; amo- uere a foribus: maximā hanc molestiā. Quonā autē pacto sapienciā et lřag; amor ad id opem ferre potest. ¶ My. Cr edis ne meis te verbis illudi? An mihi sane fidē nō habes? Bene p̄spereq; hoc operis proceder: si modo in Pontificibus: in optimatib⁹ vigeat prudēcia: sagax ingeniū: ampla rerū cognicio: studiosaq; lectio annaliū et historiā. Credis ne affici tandē & pmoueri eos: si lectitarēt: cogitacioneq; reuoluerēt: saltem qđ gētiles cecinere? Flaccus in primis inquis.

Nam tua res agitur: paries dum proximus ardet: Et neglecta solent incendia sumere vires. Deinde Nalio Principijs obsta: sero medicina paratur: Dum mala per longas inualuere moras. **Cal.** Auguror certe cunctandū nō esse: serpit em̄ paulatim virus: & vires iniuralescūt (ut audio) Thurci. **Cōstantinopolis** ipsa: & vniuersa Thracia: ante decem iustra: eque ut nos: neq; timebant neq; suspicabāt: sese p̄pediē in manū Thurci vēturas. Hodie lugent: hodie merent: id ne nobis q̄q; aut nepotibus nr̄is p̄ter spem accidat: exemplo illorū p̄cauendū fuit. **¶ My.** Precaueri quidē hęc pericula possent: p̄picio cōeli cultore: q̄ suos in se sperātes: seq; diligētes: nō est desertur⁹: nisi somnolenti/oscitātes/pigri/ignauī/secordes: non se ad obuiandū hostibus aprantes: deū ip̄m: ut ita dicam: tentauisse videantur. **¶ Cal.** Et quid amplius lectitandū aut scitu necessariū Principibus christianis? **¶ My.** Lectitandus aut eis inculcandus iterū: Frānciscus Petrarcha: persepe eos ad oppugnādū Thurcū admonēs et exhortās: & id qdē ante centū annorū: currīcula: qm̄ nō vsq; adeo eius fuit amplificata potestas: quid hodie faceret: cum luctu & merore audiēs: vsq; ad Pannoniā & Germaniā exercitus eū suos introduxisset. **¶ Cal.** Quidnam scribit de hac re amplius? **¶ My.** Audi obsecro: Principibus sic loquī. Si hodie Iulius Cesar ab inferis reuertetur: animūq; & potenciā priorem referēs: Christi nomen agnosceret: diucius ne eum passurum creditis: quod Aegyptius latro: Hierosolimā: Syriam: Aegyptū atq; Alexandriam possideret: an nō potius eum creditis si delem effectū: Christo suū restituere: a q̄ se spiritū accepisset: cuiusq; sanguine se redemptū: eternā gloriā speraret accepturū: Creditis ne: si Cesar Augustus: si vterq; Scipio: si magnus Pompeius: christiane fidei sacris iniciati reuiuiscerent: paterentur in Hispania: in

*Constantinopolis*


*Franciscus Petrus.*

*Augustus  
Scipio  
Pompeius*

Aphrica: in Oriente: Christi sui nome esse cōteptoi:  
 Si em̄ pro terrena Patria vere fidei luce carentes: tanta  
 sum̄ aūssi: qd nō aufuros Christo duce: foelicit̄ credi  
 tis p̄ eterna: ¶ **Cal.** Videor mihi videre: si hęc p̄funs  
 de meditent̄: eorū pectora molliri posse. ¶ **My.** Ne  
 dubita si hęc reuoluerent̄: et veri Christiani cēseri vel  
 lent: aliquid tandē egregij facinoris eos esse facturos.  
 ¶ **Cal.** Merito tandem intra sese cogitarent: vbinam  
 nostra fides: vbi religio: vbi amor dei: vbi gratitudo  
 in crucifixum: ¶ **My.** Quod si beneficia dei forsitan  
 eos minus afficiant: saltem p̄ sua gl̄a meminisse debe  
 bant: vbinam est nobilitas nostra: vbi virtus: vbi mi  
 litaris disciplina: vbi magnificencia maior: vbi victo  
 ria prisca Germanorū: Neq; ab re fuerit meminisse:  
 quid p̄fuerūt tot nostri cōuentus: tot indicti dies foēs  
 cundi & pregnātes: ut Itali nobis obijcere consueue  
 runt. Quid si oraciones quoq; legerent & intellige  
 rent: ad eos de hac re in suis cōuencionibus habitas:  
 ¶ **Cal.** Vbinam: ¶ **My.** In Francofurdensi conuētū  
 Eneas syluius: in Ratisponensi / Ioannes Anthonius  
 Campanus: in Friburgensi orator Regis Sarmatarū:  
 honestas ad hanc rem oraciones foecere: & Frācisus  
Philephus ad Carolum Gallie Regem: bellum hoc  
 vile: honestū: facile: necessariūq; psuadere molitur.  
 Quid si oracionē Bessarionis Cardinalis greci lectis  
 tarent: ¶ **Cal.** Quid is scribit: ¶ **My.** Viam expedi  
 tionis facilioris: ordinēq; omnē demōstrat: & pulcra  
 in hanc rē: velut apis argumētosa cōgessit: sed neq; de  
 neruo belli trepidandū. ¶ **Cal.** Neruus belli quid est:  
 ¶ **My.** Pecunia: qua equi: arma: milites: commeatus  
 parari possent. ¶ **Cal.** Vbinam est tanta pecunia:  
 ¶ **My.** Ea ex annatis & sanguine Christi multis ānis  
 abunde congregata est. ¶ **Cal.** Quo in loco: ¶ **My.**  
 Roma: ¶ **Cal.** Romæ: Foelix Roma: que cūctis chri

Eneas sil.  
 Campanus  
 Fran. phil  
 Bessarion

Roma



fidelisibus p̄spicit: & tanq̄ mater filijs thesaurizat.

**¶** My. Ideo ibi est fidelium Pater: ibi sunt: qui fidem & religionem: & doctrina & exemplo augent: adiuvant: amplificant. Ibi sunt: qui ex om̄i natione: q̄ sub celo est: es recipiūt: receptū colligūt: collectū servant ut servatū non in rem priuatam: non in nepotes: non in luxum: non in pompam: sed in rem Christi: in bel̄lū hoc sanctū: inq̄ triumphū nobilē expēdāt. **¶** Cal. Si Pater illic est: scio faciet: quæ illum facere oportet omnia. Verum / vbinam sunt milites & exercitus?

**¶** My. Si Galli: si Hyspani: si Insubres effœminati & imbelles erunt: Germania sola milites suppeditabit.

**¶** Cal. Germania: obsecro te: sunt ne Germani in arte militari: & ad pugrandum accomodati. **¶** MY.

Sint profecto: quippe qui cursu / luctando / hasta / pugillatu / saliendo / hypodromo / & palestra sese exercent: magis q̄ ceterę nationes. **¶** Cal. Videmus certe

Germanos milites: omnibus externor̄ Regum bel̄lis interesse: & tanq̄ adoptata solacia: quotidie aduolare. **¶** MY. Crede mihi: magnam esse spem victorię Germanum militem: cuius Principi in bellum ituro Immo quisquis vnquā vicit: Germano milite vicit.

**¶** Cal. Est ne Germania tam populosa. **¶** MY. Germania quatuor & quinquaginta gentes habet: quarū omniū dumtaxat quinq̄ / si viribus vti velint: Thurcum Deo propicio reprimere possent. **¶** Cal. Que nam sunt hæ gentes. **¶** MY. Bauari: Sueui: Helvecij. Saxones: & Cymbri. **¶** Cal. Videntur mihi Germani ornandis crinibus nimis indulgere: & (ut Plauti verbis vtar) ut cynedi calamistrati: muliebri more incedere. **¶** MY. Ne omnes hoc vicio laborare credas: verū tamen huiusmodi comptos: nequa q̄ nos

ad hoc bellum apros iudicamus. Non enim Martis sed Veneris castra illos iuuant: possem ad eor̄ quem

uis / quod Helena Paridi scripsit: non indigne referre.

**Cal.** Quidnam id est? **MY.** Apta magis Veneri: sunt tua corpora Marti. Quisquid agant alij: tu Pari semper ama. Qui em ornatu muliebri gaudent: & opera foeminea: in exornandis pilis vtuntur: muliebres quoq; & effoeminatos animos induant: necessesse est. **Cal.** Qui sunt hij calamistrati? **MY.** Rumor est: plerumq; eos esse Pannonios: & ob id minorum rei militaris famam habere eos ceteri arbitrantur.

**Cal.** Minus ne existimantur ceteris illustres in arte bellica? **MY.** Minus. Est enim de eis vulgi dicterium. **Cal.** Quale? **MY.** Nondum audiuisti?

**Cal.** Nondum: dic oro. **MY.** Prouerbio vtimur: pons Polonicus: monachus Boemicus: Sueuica monialis: Miles Australis: Icalorum deuocio / & Alemānorum ieiunia: fabam valent omnia. **Cal.** Ohe quid audio? **MY.** Vetus est prouerbiū istud. **Cal.** Raro huiuscemodī dicteria prorsus veritate carent.

**Cal.** Quis autem dux belli & exercitus tua opinione esset ydoneus? **MY.** De belli duce: cras colloquemur: iam mihi serio abeundum est:

**Sextus Dialogus De duce belli: Philippo Batas  
duce Comiteq; Rhēni Palatino: & eius laudibus.**

**Caluus Mygecius.**

Memorie ne tenes Mygeci: quid hesternō vesperī pollicebare. **MY.** Quidnam sponendi tibi Calue?

**Cal.** Dixi de belli duce verba hodie te mihi facturum. **MY.** Libens facerem nisi cōparaciones essent odiose: pinde si quem offendero: nō facile rursus ei gratiam inire verebor: ut est Philosophorū sententia.

**Cal.** Q uenam est: **My.** Puluere q̄ ledit / scribit: sed marmore / lesus. **Cal.** Quid sibi vult hic versiculus: **My.** Quisquis alterū verbo factoz irritauerit: leserit: offenderit: cōtumeliam / iniuriā / damnum attulerit: is q̄ facit: t̄pis cursu obliuiscit̄: hoc est puluere inscribi. Qui vero passus est: memoriā p̄petuo habiturus est tenacem: id est in marmore incidi. Ita q̄ durum est quēcunq̄ offensum iri. Nescis p̄fecto: si qua in re vnquā tibi quē despexisti aut puocasti: eius amicitia / gr̄a / cōsilio / opera / suffragio / beniuolencia / l̄ris cōmendaticijs post hac forsitan opus tibi erit. **Cal.** Bene suades. **My.** Preterea aiunt durum scribere in eos: q̄ possunt p̄scribere: vulgata est Pollionis autoritas. **Cal.** Te neq̄ offendere: nec scribere in quēq̄ necesse est: dic modo si Germania possit h̄re belli ducem: **My.** Potest: habet em̄ domos clarissimas atq̄ nobilissimas: in quibus duces: & armis & viribus sūt p̄stantes. **Cal.** Quæ sunt ille domus: **My.** Tres p̄cipue (ut de alijs taceā) Bauarię: Saxonie: & Austrie e quarū qualibet: facile belli ducem cōparare licebit. **Cal.** Credo ego opere precitū esse tris h̄re duces: qui tris exercitus regāt: satius em̄ fuerit triplici agmine: tribus in locis: p̄fidissimoz terras petere: ut minus illis viriū: ad repellēdos superādosq̄ tris exercitus suppetere possit. **My.** Et id mihi consultū videretur. Itaq̄ tres p̄clarissime domus: tres foeliciter suggerēt duces. **Cal.** Quos vero censes eligēdos: **My.** E domo Austriæ Rex n̄ vnus videt̄: cuius id peculiare est officium: ut ecclesiā p̄regat: & christianū sanguinē vlciscatur: bono auspicio dabit huic rei operam: quando dum scepra Romana nondū teneret: iam eques: iam pedes: aduersus Gallos: Eburones: Batauos: Morinos: Cymbros: Sicambros animose sæpe pugnavit. **Cal.** Quis autē ex familia Saxonū huic bello præ-

ficiendus: **MY.** Albertus Arionest electoris quondam frater: cuius in bello laus magna est: solūq; nomē hostibus terribile. **Cal.** Ex Bauaris autē quē censēs p̄cipue dignū: **MY.** Multi sunt Bauarici sanguinis Principes: q̄r̄ ne vllū qdē ab hac gl̄ia repudiare possis: verū (ut eū tibi cū veniā ceterorū Bauariarū Ducum vera dicā) vn̄ est: quē nō solū inē bonos & gloriosos Principes collocandū: sed eciam bello huic caput atq; rectorē iudico declarādū. **Cal.** Obsecro te quis est:

**MY.** Eis condicionibus p̄ditus est: q̄ ad bellū ducē attinet: est em̄ magnanimus: prudēs: māsuetus: neq; p̄ceps aut importunus: neq; timoris domini expers.

**Cal.** Omnia hac ad secūdū bellū opportuna: sed q̄s nam est? **MY.** Philippus Co. Rheni Palatinus: Princeps elector.

**Cal.** Philippus: dic amabo mihi: nec me laces: n̄ falsa opinione circūducas: hiccine habet in se eas: quas cōmemorasti virtutes: magnanimitatē: prudenciā: māsuētudinē: dñiq; timorē? **My.**

Habet: nam p̄sp̄eras & aduersas res eq̄ animo p̄fert: qd sibi/qd Patriarū/qd liberis p̄futurū esse possit: lōge p̄spicit. Irā & quāuis animi p̄turbacionē: si quā intra sese nasci senserit: magna cōstācia & sortitudine comprimīt: sedat: cohibet: semp̄ idē in vultu: idē in sermone: idē in morib⁹. Aspectu iucūdus: v̄bis benign⁹ & facilis: gestu pudic⁹: & (ut ita dicā) virgineus. **Cal.**

Magna laus: si modo vera. **MY.** Si mihi fidē habere ambigis: poteris animi sui p̄claros mores: ex sola facie pensiculare. Dic mihi: si vidisti iucundiorē amabiliorēq; aspectum? **Cal.** Non memini me vidisse.

**MY.** Et memorię p̄ditum: Arestoriliq; visum est: animos corporūq; habitudinē imitari. **Cal.** Prudēciā porro eius in q̄ dephendā? **MY.** Vt alia m̄lta taceā

hoc vno colligere potes: qd salute P̄riē suę: qd ciuib⁹: qd populo: qd ecclesiasticis sollerter cōsulere querit:

*gduoy pala. philip*

oprat: deliberat. **Cal.** Quana in re? **My.** Copia  
prudētū: bona institutiōe puerorū: iugi exercicio qua  
rūlibet arcū. **Cal.** Vbi? **My.** In Heydelbergenſi  
gymuaſio. **Cal.** Nōne iā dudū illic florere bonarū  
ſtudia ſrā? **My.** Florere: ſed Princeps ille māſue  
riſſim⁹: ſedulo cogitat: ut Achademia ſua: recipiat in  
cremēta: bene inſtituta / magis creſcat: augeat: ampliſſi  
cetur. **Cal.** Quo pacto? **My.** Quoniam cupit:  
oprat: deſiderat ordinarias in hūanitate: in eloquēcia:  
in dicendi copia: in vera & Romana latinitate: in car  
mine & proſa deinceps lectiōes ppetuari. **Cal.** O q̄  
vtilē: q̄ neceſſarium nr̄a iuuetuti. Neq; em̄ ſtulti ſunt  
Itali: q; pari inſtitutiōe ſuos alūnos docēt: neq; Baſili⁹  
magnus: neq; diuus Hieronymus: neq; Eneas ſilui⁹:  
neq; alius qdā in Iſidoneo ſuo: fruſtra ſic adoleſcētēs  
inſtituēdos meminerūt. **My.** Audi p̄cor ampli⁹:  
Princeps nr̄ Grecarū q; ſrā: vult nequa q; ſuo gym  
naſio deeſſe doctrinā: & hodie ē: q; prima Græcæ lin  
guæ rudimēta tradit: Poetas quoq; poſt hæ græcos  
lectur⁹. **Cal.** Sūt ne vtilē græcæ ſræ latinis? **My.**  
Auguſtinū legito: qui & vtilē & neceſſarias eas eſſe  
aſſeuerat. **Cal.** Timeo p̄eros cape nō poſſe. **My.**  
Quid nī adoleſcēs bonę indolis cape poſſit tandem.  
Et niſi cape poſſet: diuus Hieronym⁹ ſtulte hortaret  
Adletam: ut filiā ſuā diſcere q̄tidie græcorū verſū nū  
merū curaret. **Cal.** Vereor hoc ſtudiū ad cōſeq̄ndā  
latinitatē impedimēta p̄ſtare: dum em̄ puerulus græ  
cis vacat: minus ſeſe applicat latinis. **My.** Hau: qd  
obſuit vetuſtiſſimis vtrāq; linguā p̄be calluiſſe: Cice  
ro græcam linguam nouit: & q; eo in latina diſertior:  
Hieronymus græcus fuit: q; eo nr̄o in ſermone dul  
cior aut terſior: Auguſtinus græcus euasi: & in latina  
lingua parē nō habet. An A. Gelius: an Lactancius:  
An Guarinus Veronēſis: An Leonardus Aretinus:

An Laurēci<sup>o</sup> Vallēsis: an Francisc<sup>o</sup> Philelph<sup>o</sup>: debiles  
 & imperiti tibi vidēt in Romana lingua: quos omnes  
 certo cōstat: in Grēcis lris pbe eruditos fuisse. **Cal.**  
 Italos mihi affers: qb<sup>o</sup> cognata ē latinitas: quā a mater-  
 nis ferme vberib<sup>o</sup> fugūt. Ac de Germanis nō ē ea spes  
 in vtraq<sup>ue</sup> lingua simul p̄ficere posse. **My.** Num tibi  
 vidēt latine linguę pbe docti: & gręce nequaquā ignari  
 Io. Cam. Dalburgius Vangionum Antistes: Rodul-  
 phus Agricola: & Io. Capnion Phorçensis. **Cal.**  
 Profecto vident vtriusq<sup>ue</sup> docti. Quocirca laudabo  
 Principē q̄ad vixero: q̄ doctos & prudētes fouer: q̄q̄  
 omniū bonarū lras studet semina ppagari. **MY.**  
 Laudabis vehemēci<sup>o</sup> si vnū addidero. **Cal.** Quid  
 nā hoc ē? **My.** Sacratissimarū legū maiorē fore de-  
 inceps exercitacionē voluit: q̄d antea nō fuerat Colle-  
 giū p̄ scholarib<sup>o</sup> & gymnosophistis ciuilib<sup>o</sup> iuris insti-  
 tuit: luriscōsultos adhibuit: p̄ceptores & alūnos vna  
 habitare decreuit: multa q<sup>ue</sup> in hācrē deliberat: q̄ hone-  
 stissimo legū studio sūt pfutura. **Cal.** Felix oro sit  
 Philipp<sup>o</sup>. **MY.** Quicquid ad augmentū lras: ad  
 gymnasi fructū: ad ornāmētū studij esse cognouerit  
 id oē p̄spicaci aio & vigili cura p̄seq: haud quaquā ces-  
 sat. Scit em̄ id sibi gl̄e et sempiternę laudi futurū. **Cal.**  
 Scit etiā p̄ gubernāda Patria: p̄ amplificādis terris: p̄  
 repellēdis hostib<sup>o</sup>: p̄ diuio cultu instaurādo: p̄ iusti-  
 cia mistrāda: p̄ liberis suis bene institūēdis: doctos &  
 p̄stātes: ac in omī scia eruditos viros in primis esse vti-  
 les atq<sup>ue</sup> necessarios. **MY.** Sciuit dudum: & experit  
 indies. **Cal.** Domini vero timorē (q̄d priuatam &  
 publicam salutem parit) in Philippo vnde sciam vis-  
 gere. **MY.** Inde scito: quod rem diuinam non ne-  
 gligit: cōcionibus adest: semp̄ eximū & faciūdam  
 Theologū habet: q̄ coram se in arce: in cererisq<sup>ue</sup> locis:  
 sermonē euangelicū faciat. **Q**uem audiūisti vnquā

optimatū tā auide verbū dei audiuisse: & ob id ppriū  
concionatorē sibi familiarē cōiunctū fouere. Quem  
audiuisti a ludo tātope abstīnuisse: quē audiuisti tam  
infontē: tā pudicū: q̄ ne nutu qdē minimo: vnq̄ visus  
est aliā: q̄ sanctissimā coniugē suā desiderasse: Quis  
gynecū aut puellā collegiū habet: tā caste tā pudis  
ce tā laudabilē institutū: Nō minus tuto huic gynē  
ceo: q̄ nō nullis virginū vestaliū latibulis filiā cōmit  
tas. ¶ **Cal.** Est ne appetēs sanguinis humani. ¶ **MY.**  
Sitre eū minime vitā ex hac saltē re cōiecta: qd bella  
nulli vnq̄ mouit: nec quēpiam Marte aggressus est:  
p̄ter arcē solā: quā gloriose expugnauit & magnifice  
cepit: irritat⁹ & lacellit⁹ mirificis atq̄ intolerabilibus  
suis cōtumelijs atq̄ iacturis: alioquin nō crediderim  
suo ductu: humanū sanguinē fuisse effusum. ¶ **Cal.**  
Dij̄s gr̄as: qd adhuc habet Germania Principes boni  
tate cōspicuos: & morū ornāmēto p̄claros. Audiuerā  
q̄nq̄ vulgo dici: animas Principū in cœli curia esse:  
instar ferarū: ideocq̄ paucos esse virtutū amatores cre  
didi: q̄ solē ad brām vitā pducunt. ¶ **MY.** Verū est q̄  
plerūq̄ potētes hui⁹ seculi: quoniā res hui⁹ mūdi pro  
speras habēt: fastu suo respuūt salubres monicionēs:  
& quasi anilē reputāt cantilenā. ¶ **Cal.** Mecū ego se  
pe cogitauī: si Principes: si primates: & ecclē cardines  
suis morib⁹ cœlos ascendēt: tu q̄q̄ superos es petiar⁹  
¶ **MY.** Caue: in te de cetero tam impia subrepat cogi  
tacio: q̄ a demone suggerit: qui te cupit salutis animæ  
tuę nullā h̄re rōnem. Nequaq̄ considera: qd aliī malī  
faciāt: sed qd boni tu facere debeas: nec peccantiū di  
caris multitudine: sed sc̄torū exempla poti⁹ imiteris:  
nec facile quēpiā indices: aut ab officio boni viri de  
clinare putes. Nescis qd alius clam boni faciat: quātū  
Deū amet: quā medullitus nō nūq̄ cōpungatur: et ad  
fœlicitatē: quantis suspirijs anhelet: fuisses ne vnq̄ ar

bitratus: Philippū esse tā auidū verbi diuini auditorē  
 & ab adulterio tā immunē: Quod qdē vtrūq; ī Prin-  
 cipe cōiunctum: Rara auis īn terris nigroq; simillima  
 cigno. ¶ Cal. Non existimassē. Sed liceat mihi cū  
 venia tua: vnū ex te querere: nō ut Philippo inuideā:  
 non ut male de se sentiā: nō ut fame suę detractum iri  
 velim: sed ut si qñq; rumorī incōstātis populi interfue-  
 ro: eū purgare: immunēq; ostendere possim. Nescio q̄  
 autore susurrari audiui: eū nō satis deferre prime sedi  
 & eccle Romanę. ¶ MY. Nō satis deferre: Audi ob-  
 secro. Quid nī defēret: cur nō bñ de prima sede sen-  
 tīret: qui iam pridē ad Innocenciū. viij. p. obediencia  
 noie suo p̄standa: magnifico apparatu: p̄stātes orato-  
 res misit: qui Cardinales duos Thornacensem & sc̄tē  
 Lucie ī silice: p̄ honore prime sedis honorifice exce-  
 pit: humaniter hospitauit: liberalit̄ fouit: & nullū  
 humanitatis & beneficencię genus omisit. Parua hec  
 tibi vident̄: obsequiū: reuerenciā: & impēfas nō me-  
 diocres exhibuisse: & id qdē potissimū: ut ecclesiā Ro-  
 manā honorare: summū Pontificē venerari: & prime  
 sedi deferre viderēt. ¶ Cal. Sed aiūt eū esse duriuscu-  
 lū īn sacerdotes. ¶ MY. Duriusculū: O nescis q̄ p̄  
 q̄ dulcis sit īn sacerdotes: honesta vita p̄ditos. Quis  
 aut̄ auaros: q; supbos (si q̄ essent qd̄ absit) equo et leni  
 animo tolerare possēt: Quis vero amabit eos: q̄ ne-  
 potes suos: aut forsitan filios (qd̄ deus aut sac̄rū tan-  
 dem conciliū auertat) illustrarēt: Quis diligere volet  
 eos (si q̄ essent) qui de crucifixi patrimonio delicate vi-  
 uerēt: īn luxu: īn gluuie: ocio: lasciuiā: Qui torques  
 auratos īn ceruicibus: qui nō vnum aut duos: sed tres  
 aut quatuor annulos aureos īn digitis gestarēt & cir-  
 cūgirarent: qui leuissimis vestimētis: apertis pectori-  
 bus: cōplicitis indusijs: & opere Phrigio vnionibus  
 & auro redimitis: comptis & calamistratis crinibus:

absq; patente corona palā intederēt: q reddi<sup>9</sup> suos &  
puērus: q tidianas distribucōes: decimas/ & oēs fruc<sup>9</sup>  
tus sibi debitos: vsq; ad minimū qdrantē exactissime  
regrerēt: exigerētq;: sed ipī officiū suū negligerēt: rem  
diuinā ignauit facerēt: nec egenos debitores asse do<sup>9</sup>  
narēt: nec claudos ac debiles mēdicos fouerent: neq;  
scholarib<sup>9</sup> stipē perētib<sup>9</sup>: quicq; emolimēti p̄starent:  
quin poti<sup>9</sup> diuicias suas: et res p̄ Christo datas: ludo/  
venere/ choreis/ venatu/ sup̄fluis cōiuijs ac plus sa<sup>9</sup>  
tis magnifice apparatis: & oīni vanitate dilapidarent.  
Hōcine tu censes amore Philippī dignos: **1 Cal.** Nō  
cenfeo. Nec mirarer cur nam huiuscemodī sacerdotes  
in se excitarent Principum odia: cur eorū emolumēta  
minterent: cur ecclesijs eorū orandis atq; dorandis:  
nemo de cetero Principū inclinā<sup>9</sup> esset: qm viderēt:  
in q̄s vsus: q̄ olim collata sunt/ im penderentur. Itaq;  
Philippū habeo excusatū: cui p̄ virtutib<sup>9</sup> dñs deus da  
bit videre filios filiorū. **1 MY.** Dabit spero: nā et paus  
cis ante dieb<sup>9</sup> Hymeneus & nupcie Elisabeth. filie sue  
& Guilhelmi Hassie Lātgrauij celebratē sūt. In quas  
nuptias pridē ex tēpe Tetrastrychon fœci. **1 Cal.** Id  
audire desidero. **1 MY.** Dicam.

**G**uilhelmi fœlix & Elisabeth est Hymeneus:

**Q**ui caram sobolem: castis amplexibus edent.

**H**assia Baurarico sit sanguine clarior: & pax

Inter Lātgrauios Rheni Comitūq; futura est.

**Cal.** Fiat fiat. Valet: Plaudite: Triumphate.

**Recitati sunt hī Dialogi: corā Philippo Co. Rhe. Pa.**  
actentissime modestissimeq; auscultantē: coraq;  
nobilissimis filijs eius: ac Alberto Argentineniū  
Epō: ceterisq; multis p̄stātibus viris: in magnifico  
Palacio Arcis Heydelbergensis. vij. id. Octobris.  
Anno Christi. M. cccc. lxxxvij.

**Collocutores primi Dialogi.**

Hartmannus Schulmen de Hatten.

Ioannes Spengler de Lutrea Impiali.

**Collocutores secūdi Dialogi.**

Ioannes Rotfchilt Argentinē.

Vuolfgangus Vuolff de Engelnheym.

**Collocutores tercij Dialogi.**

Hartmannus Schulmen de Hatten.

Ioannes Oberlīn de Laudenburga.

**Collocutores quarti Dialogi.**

Ioannes Spengler de Lutrea.

Vuolfgangus Vuolff de Engelnheym.

**Collocutores quinti Dialogi.**

Iacobus Dornberg Spirensis.

Theodericus Trauwel Spirensis.

**Collocutores sexti Dialogi.**

Iacobus Spiegel Sletstātinus.

Ioannes Spiegel Maurimonasteriensis.

Impressum a Martino Schotto Ciue Argē.  
 xiiij. kl. Decembris. Anno Christi. xcviij.





